INstrumenta [1] domestica [2], seu privata [3] testatio, seu adnotatio [4], si non aliis quoque admiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. PP. 7. Idib. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De rationibus defuncti, & ultima voluntate.

6. Iidem A. & C. Romulo.

RAtiones defuncti [5], quæ in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitæ quantitatis solas sufficere non posse, sæpe rescriptum est. † Ejusdem juris est, & si in ultima voluntate [6] defunctus certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas sibi [7] deberi significaverit [8]. PP. Idib. Martii, PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

In AUTHENT. de jurejurando a moriente præstito. §. ult. coll. 5. tit. 3. al. 2. Nov. 48. cap. 1.

QUod [9] *obtinet omnimodo, si testator non juraverit* [10]: *alioquin heredes necesse habent testatoris religioni stare, aut minime fruentur his quæ relicta sunt: Sed creditoribus nihil ex hoc præjudicii comparabitur.*

Scriptura creditoris non probat debitum.

7. Imp. GALLIENUS A. Sabino.

EXemplo [11] perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, qua unusquisque sibi adnotatione [12] propria debitorem constituit. Unde neque [13] fiscum, neque alium quemlibet ex suis subnotationibus debiti probationem præbere [posse] oportet. PP. 3. Non. Mart. GALLIENO A. VII. & SABINILLO CONSS. 267.

Actor, non reus, probare cogitur.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Publicio & Optato.

FRustra veremini, ne ob [14] eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. PP. 14. Kal. * BASSO & QUINTIANO CONSS. 289.

Ætatem minorem qui allegat, is probare debet.

9. Iidem AA. & CC. Martianæ.

CUm te minorem [15] quinque & viginti annis esse proponas, adire Præsidem provinciæ debes, & de [ea] ætate probare. Dat. Idib. April. AA. CONSS. 293.

Ingenuitas ut probetur.

10. Iidem AA. & CC. Isidoro.

NEque natales [16] tui, licet ingenuum te probare possis, neque [17] honores, quibus te functum esse commemoras, idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continent [18]: cum [19] nihil prohibeat, & te ingenuum, & eam ancillam esse. Dat. 18. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

Nullitatem testamenti quis probare debeat.

11. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

SI scriptum heredem ab amita tua, vel [de] testamenti vitio [20], vel quacunque alia ratione non posse obtinere hereditatem, probari a te posse confidis, de hac hereditate apud [21] Rectorem Provinciæ agere potes. S. §. Kal. Maji, *Heraclæ*, AA. & CC. CONSS. 294.

Dominium ut probetur.

12. Iidem AA. & CC. Chroniæ.

CUm res non instrumentis gerantur, sed in hæc rei gestæ testimonium [22] conferatur, factam emptionem [23], & in vacuam [24] possessionem inductum patrem tuum, pretiumque numeratum, quibus [25] potes, jure proditis probationibus docere debes. Dat. 5. Non. Octob. AA. & CONSS. 299.

Consanguinitas, id est fraternitas ut probetur.

13. Iidem AA. & CC. Justino.

NOn [26] Epistolis [27] necessitudo consanguinitatis [28], sed Natalibus [29], vel Adoptionis solennitate conjungitur: Nec adversus absentem hereditatis dividendæ gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, substantiam [30] perimit veritatis. Sive itaque quasi [31] ad sororem, quam ancillam te posse probare confidis, epistolam emisisti; sive familiæ erciscundæ, quasi pro coherede petitus arbiter docearur, fraternitatis quæstio per hæc tolli non potuit. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

Filius esse quis ut probetur.

14. Iidem AA. & CC. Municiano.

NOn nudis adseverationibus [32], nec ementita professione [33], (licet utrique consentiant) sed matrimonio [34] legitimo concepti, vel adoptione [35] solenni filii [36] civili jure patri constituuntur. Si itaque hunc, contra quem supplicas, alienum esse [probare] confidis: per te, vel per procuratorem adfirmationem ejus falsam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

De violenta possessione.

15. Iidem AA. & CC. Antonio.

VIs ejus qui se dominum contendit, ad imponendum onus probationis servo minime prodest. Cum igitur aufugisse [37] te de domo Severi profitearis, verum nec ab illo justo initio: sed per violentiam adseveras [te] esse detentum, inquisito prius, an in possessione libertatis sine dolo malo constitutus sis, tunc etiam onus probationis quis debeat subire, per hujusmodi eventum declarabitur. Dat. 6. Kal. Jan. AA. CONSS. 299.

De bonis paternis.

16. Iidem AA. & CC. Philippo, & Sebastiano.

SIve possidetis prædia, quæ a patre communi sibi fratres emancipati donata contendentes vindicant: ipsis incumbit facti probationis necessitas: sive ipsis ea prædia quasi a patre vestro sibi donata tenentibus, vos coheredes constituti patris petitis: ut intentionem vestram non constitisse detegant, unde [38] domini facti sunt, emergente quæstione, docere compelluntur. Dat. 10. Kalend. Febr. AA. CONSS. 299.

De ingenuitate.

17. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

MAtrem tuam consecutam libertatem, ac te post [39] editam, ut ingenua probari possis, ostendi convenit. Quod enim fratribus [40] tuis nulla moveatur quæstio [41], ad defensionem tuam nihil prodesse potest. Dat. 5. Id. Febr. AA. CONSS. 299.

De instrumento donationis.

18. Iidem AA. & CC. Violantillæ.

CUm procibus tuis significes, ignorante [42] te prædium eum, cujus meministi, sibi velut a te donatum instrumentis inferi fecisse: si vera sunt, [quæ] precibus indidisti, nec [43] ad nomen factæ donationis fundus site pervenit: unde adito judice competenti, probare [44] te oportet contra voluntatem tuam hunc fundum instrumento adverfarium tuum sibi adscribi laborasse: ut sacrilegam tenorem Rescripti nostri possis consequi fententiam. Dat. 12. Idus April. *Byzantii*, CC. CONSS. 300.

De exceptione dilatoria.

19. Iidem AA. & CC. Menandro.

EXceptionem dilatoriam [45] opposuit quidem initio [46], probari vero, postquam [47] actor monstraverit, quod adseveret, oportet. Dat. 13. Kalend. Aprilis, *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De testibus.

In AUTHENT. de testib. §. quia vero multi. col. 7. tit. 2. Nov. 90. cap. 4.

AT [48] *qui semel produxerit testes, aut bis* [49], *aut ter* [50]: *& testificata tractaverit, aut ab adversario hoc faciente disputationem*

---

1 Puta rationes. *l. 6. ff. h. t.* 2 Id est, quæ domi ac privatim non adscito tabellione testibus aut adversario, quisque sibi facit. *l. 3. ff. de jure fisci.* 3 Ἢ τῶ ἰδιωτῶ ὑπομνήματι. 1. Harm. 8. §. 8. propria subnotatio. *l. 7. ff. h. t.* 4 *l. 7. ff. h. t.* vel professio, adfeveratio. *l. 5. ff. de testib.* Brevis. *l. ult. ff. de conven. fisci debitor.* Vid. *l. 3. ff. h. t.* 6 Id est, testamente: hoc ut verum esset, dicit adl. 5. §. *familia erecta. C. h. t.* 10. 8. *comm. utriusque.* adde *l.* 37. §. 1. *in fin. ff. de legat.* 3. 7 Se debere: ita legendum existimo, idque demonstrat hæc hypothesis, diversa a superiore, que extat huius initio: Id enim facit, qui sibi nomen facit. Authentica proxime sequens, Hæredes cogi flare teftatoris religioni; Quæ verba ostendunt testatorem certarum rerum debitum confessum fuisse, non autem ibi res certas debitas: alioquin dicendum fuisset, debitores cogi flare religioni defuncti. Ratio autem decidendi hic est manifesta. *l. 11. §. 1. ff. de interrog. in jur. faciend.* 8 Potest tamen eo casu debitori deferri jusjurandum. *d. §. §.* adde Cujac. *Obs.* 18. *cap. 1. in fin.* 9 Sic reftitue. Quod non obtinet omnimodo, nisi testator &c. ut fit fenfus: Non continuo obligari hæredes ex confessione teftatoris, nisi juraverit: non ex quovis ejus confessione, sed tantum jurata tenerì. 10 Defuncti juramento heredes obligantur. 11 Et falsi facilitati. Caeterum hinc colligas, rem mali exempli vitandam. *l. 47. ff. de judiciis.* 12 Subaudi *adversarius, possessionis.* 2. Harm. 8. §. 8. §. 9. Vid. *l. 5. C. h. t.* 13 *l. ult. ff. de conventendis fisci debitoribus.* 14 Ab reo probationes non exiguntur, fed ab actore. *l. 2. ff. h. t.* Probationibus reus non oneratur. *Syn. Basil. 22. tit. 1. c. 41.* 15 Etiamsi qui allegat, & de ætate excipit, eam coprobare. *l. 4. §. de in integr. l. 32. l. 39. ff. de minorib. 25. ann.* 16 *Natales*, aut honores patris liberos ejus ingenuos esse non probant. 17 Non necessario ingenua præsumitur, cujus pater ingenuus non bonæ fundus est, at hoc, præmisso tamen. adde *l. 22. ff. de liberali cauſa.* 18 Honoribus enim non funguntur, neque ad honores admittuntur servi. *l. Barbarius. 3. ff. de off. prætorum.* adde *l. 1. l. ult. ff. de dignitatibus lib.* 12. 19 Id est, cum præ id accidat. Interim observa argumentum a communiter accidentibus, vid. Roland. a Valle 1. *conſil.* 52. n. 12. 13. 20 Vitium qui testamenti impugnat, vitium tenetur probare: alias præsumitur pro testamento. 21 Nota apud quem agatur de hereditate. 22 Ἀσχέτ. *in l. nunquam. ff. de donat.* Lanfius. *in repetit. c. quoniam. extr. de probat. in verb. teſtes. verſ. venit proband.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 241. & Alex. *conſ.* 11. *vol. 4.* Mod. 23 Emptio, poſſeſſionis appreheníio, pecuniæ numeratio, teſtibus, citra inſtrumenta probari poteſt. adde quæ ſcripſi ad *l.* 17. *ff. de poſſeſſ.* 24 Vacua poſſeſſio quid ſit, vid. *l. 2. in fin. ff. de act. empt.* 25 *l. 1. §. de fide inſtrum.* 26 Conſanguinitas non neceſſario probatur epiſtolis, aut adu nudo judicii familiæ erciſcundæ accepto. Interim tamen præſumitur tibi ſoror, quam ſcripta epiſtola ſororem voceſti: cum qua denique judicium familiæ erciſcundæ velut cum ſorore tua & filia defuncti accepiſti: ut onus eo caſu conſanguinitatis impugnandæ tibi incumbat. *ibi, te poſſe probare confidis.* 27 Tantum ſcilicet. vide *l. 14. l. 29. ff. h. t.* nec transactione matris. *l. 26. ff. de tranſact.* 28 Conſanguinitas quomodo probetur, vide Hartm. nunquam. *tract. 13. obſ. 2. v. l. 10. C. h. t.* 29 Probatur conſanguinitas natalibus & adoptione, hoc eſt, vel matrimonio vel adoptione. *l. 14. l. h. t.* Imo natalibus non probatur. *l. 83. ff. de condit. & demonſt.* 30 Subſtantiæ perimit veritatem. Hal. *l. 9. ſupr. de juris & facti ignor.* 31 Sorores enim interdum appellamus, nuda amicitia citra jus ullum

---

acceperit, & ex hoc teſtificata [1] *diáxerit, non habebit licentiam ulterius uti productione teſtium, ex divina etiam juſſione: Si vero hoc non egerit, tunc danda eſt quarta* [2] *productio teſtium: ſacramento* [3] *ab eo prius dando*, Quod neque ſubtraxerit, neque percontatus eſt ipſe teſtificationes, vel aliquis advocatorum ejus, vel alius pro eo agens; nec per dolum, nec per machinationem, vel artem, quartam productionem teſtium petat fieri.

Si ea, quæ de ſtatu ſuo litigat, inſtrumenta ſubtraxiſſe dicatur.

20. Iidem AA. & CC. Phronimæ.

SI de poſſeſſione ſervitutis, emptionis [4] inſtrumentis ſubtractis, in libertatem proclamat Eutychia, cum petitori [5] probationis onus incumbat, intentione ſua defecta, his juvari minime poteſt: Nam ſi in ſervitutem petatur, ad emptionis probationem non eſt indiciis aliis opus, ſed inſtrumentorum furtum [6] monſtrare ſufficit. 4. Non. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De rei vindicatione.

21. Iidem AA. & CC. Criſpo.

AD probationem dominii, aliena ſubtrahentes [7] inſtrumenta, his uti minime [8] poſſunt: quippe cum horum lectio [9] non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat, adjuvet. Cum itaque nec cætera probationum indicia [10] reprobentur, jure competenti, prædiorum quæ in quæſtionem veniunt, dominium ad te oſtende pertinere: nam res vindicantem, ab emptore [11] ſuos numeratos nummos adſeverantem, erga probationem laborare non convenit: ſi quidem hujusmodi, licet probetur factum, [tamen] intentioni nullum præbet admiculum. S. 6. Id. Decemb. *Singidoni*, AA. CONSS. 303.

De cauſſa ſtatus.

Per media impertinentia non ſit probatio. Bald.

22. Iidem AA. & CC. Agathoclæ.

AD probationem ſervitutis Glyconis, matrem ejus ac fratrem [12] ſervilia feciſſe miniſteria non ſufficit: cum [13] neque ingenuorum conniventia conjunctis neceſſitudine præjudicet: neque de ſervis ex eadem matre natis libertatem unus adipiſci prohibeatur. Dat. 9. Kal. Januar. ipſis CC. CONSS. 304.

De actore & reo.

23. Iidem AA. & CC. Menelao.

ACtor, quod adſeverat, probare ſe non poſſe profitendo, reum [14] neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cum *per rerum naturam factum negantis* [15] *probatio nulla* [16] *ſit.* Dat. 8. Kal. Jan. CC. & CONSS. 304.

---

legem adnotat Gothofredus, lege Rainaldum Corſium *lib. 2. indag. cap. 6.* Joan. Aurpachium *lib. 2. allegat. fingul. cap. 4.* Felin. *ad cap. per tuas & ad c. fraternitatis. de teſtib.* ubi Parif. *n. 22. 57. & 66.* Socinum *Reg. 403.* Corraum *in Memorial. in verb. teſtis regulariter. in fin. vers. de deſponſat. impub.* Ripam *ad l. a 9. hoc autem jud. num. 76. ff. de donat. inoffic.* Quidonem Papæ *quæſt. 72. & 124.* Jurſium Alexandr. *conſil. 238. num. 4. lib. 6.* Add. *ad c. in præſentia. num. 75. de probationib.* Port. Imol. *l. 1. comulg.* 39. ubi ponit 7. ampliationes & 70. limitationes. *Mod.*

1 Dideciſſe teſtificata productionem teſtium impedit. 2 Quarta productio teſtium requirit ſolennitatem. 3 Juramento prius datur animi qualitas. 4 Non continuo qui in libertatem proclamat ex inſtrumentis ſive emptionis (id eſt, quibus conſtat ſuam liberrarem) modum venalitiæ) quæ penes ſe habet, præſumitur liber, præſumitur potius ſe ſubtraxiſſe: niſi a domino reddita, animo manumittendi, probaverit. Diverſum erit, ſi in libertatem ultro non proclamet, ſed eum in ſervitutem dominus aſſerat, tunc enim ſola productione inſtrumenti præſumitur liber, niſi ſubtractum probetur. vid. *l. 12. Ed. 1. c. περὶ ἀναζητήσεως &c. ex tit. 9. 20. 21.* Interim nota veterj morís vestigium, quo in uſu fuit manumittis inſtrumenta ſervitutis reddi. *5. l. 2. ff. h. t.* 5 *l. 2. ff. h. t.* 6 *l. 5. l. 13.* 7 Furi non prodeſt inſtrumentum ſubtractum. 8 Vide Zaſium *2. Reſponſ. 12.* 9 Inſtrumentum nihil aliud probat, quam quod in eo continetur: non juvat recitantem, ſed eum, quem tenor ſcripturæ deſignat. *l. 4. in fin. ff. de teſtib.* 10 Indicia valent ad probationem. vid. *l. ult. ff. h. t.* 11 Non At habeo penes me emptionis illius inſtrumenta, ut hinc poſſit præſumi emptionem meo nomine factam & argumentis probari. *l. 6. ff. de fide inſtr.* 12 Non ſi mater, aut nomine fundum emptum fuiſſe inſtrumentum demonſtrabit. 13 Facit *l. 17. h. t.* 14 *l. 11. §. de pet. hered.* 15 Negativa facti probari non poteſt. *l. 10. in fin. ff. de non numer. pec.* juris poteſt. *l. 5. in fin. ff. h. t.* ſed & ea quæ tempus, & locum habet adjunctum, veluti ſi te vel adverſarium abſuiſſe probaveris: *l. 14. in fin. ff. de contrab. ſtipul.* Hujusmodi negatio non eſt pura vel ſimplex. adde *l. 5. J. de cadicillis.* Martinum de Fano, & Franciſcum Herculem *conſ. 2. in fin. J. de Collat.* Athenæ *deciſ.* 400. *num. 9.* Cravetta *conſ. 1. Aret. conſ.* 83. Bar. *conſ.* 81. Iatiſſime Rip. *ad l. in illa. ff. de vulg. & pupill. & ad c. Ecclesiæ Sutrinæ. nu.* 72. *& ſeq. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Cagnolus *ad l. ſi emancipatus. n.* 35. *J. de collat.* Mod. 17 *l. 3. & Theod. de fide teſtium & inſtrumentorum.* ubi Scholiaſtes & interpres hanc ſententiam proponit: Eos qui ſcripturam in audientiam protulerint, veritatem ejus probare juberi: quod in omnibus cauſis hoc ſtatutum ſit, ut ſcripturam probatio affirmet. Nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non adfirmet veritatem, ut falſitatis reus retinebitur. Reque obſcure autor Synopſeos 22. *tit. 1. c. 57.* refert, cum qui ſcripturam protulerit, ipſum eum verum eſſe probare cogi: ac niſi id doceat, falſi judicium ſuſtinere. Itaque ut lucem his autoribus adferamus, proferre ſcripturam ait (ut hic legitur) *ſcripturam ſuſpectam communibus,* & promere in judicio, nihil aliud eſt, quam ſcripturam adverſarii commentitiam, & falſam arcuſare. An olim pauper, hodie ealis ſit præſumendus, vid. *l. 10. inſt. de interr. act.* 28 Bona a defuncto relicta, non præſumuntur alterius eſſe, aut ab eo donata, niſi de donatione conſtiterit. vid. Alciat. *1. præſumpt.* 10. Dominium enim præſumitur conſtitutum in filium heredem: non in donatarium. Donatarius itaque ſive agit, ſive ab eo petatur, donationem probare tenetur. 29 Non ſi mater libera, non ejus filii liberi: potuerunt enim ante matris libertatem nasci. *l. 10. in fin. ff. h. t. l. 22. ff. h. t.* 30 Non ſi ſtatuliber nihil movetur ſtatus quæſtio, ideo liber cenſeris. Poteſt enim eidem mater nondum libera, te: liberè fatus, fratres tuos perpriſſe. *l. 17. J. de liberali cauſ.* 41 *Sub.* libertatis. *l. 17. J. de liberali cauſ.* 42 *l. ult. inſt. adverſus. tutele.* 43 *l. 10. infr. de don.* 44 Præſumitur pro inſtrumento, niſi contrarium probetur. *l. 14. in fin. infr. de contrab. ſtip. l. 5. ff. de donat. inter virum & uxorem.* Adverſus inſtrumentum admittì poſſunt probationes contrariæ. 45 *l. 12. J. de except. ſeu præſcript.* Diluriæ ad perſonas judicis, actoris, procuratoris pertinent: peremptoriæ ad ipſas cauſas. Non mirum itaque, ſi ille ante litem conteſtatam opponendæ ſint: Peremptoria vero poſt eam conteſtatam poſſunt opponi. Eſt & illud ſciendum, Dilatorias quoque ex pacto temporis poſſe competere. *l. 27. §. 1. ff. de pactis: qua de re vid.* Cuj. *9. obſ. 15.* 46 Id eſt ante litem conteſtatam. 47 Id eſt, poſt litem conteſtatam. Non ſunt igitur exceptiones *opponere, & probare.* Dilatoria ante, non poſt litem conteſtatam, opponitur. Poſt non ante probatur. 48 Qui tertio teſtes produxit poſt editas exceptiones amplius teſtes producere non poteſt. Quid ſi tres exceptæ nec per ſe ipſe, aut per proprium patronum teſtimonis interfuit? tum poteſt ante editas exceptiones, & quarto teſtes profert: ſi tamen jurarit, non ſe dolo quartam teſtium productionem querere. 1. Harm. 6. §. 36. 49 Semis eſt. Item, qui ſemel vel iterum, vel tertio teſtes produxit, & poſt tertiam productionem, productioni renunciavit, non admittì ad aliam productionem, ſi & priorum teſtimonia, vel adverſarii exceptiones non cognoverit. Sin minus, admittì: dummodo jurraverit ſe priora teſtimonia cognita non habere. 50 Tres productiones teſtium permiſſæ. *Goth.* Ad confirmationem, declarationem, & ampliationem eorum, quæ ad hanc

---

De ſcriptura ſuſpecta.

24. Imppp. VALENS, GRATIANUS, VALENTINIANUS AAA. ad Antonium præfectum prætorio, poſt alia.

JUbemus [17] omnes, qui ſcripturas ſuſpectas [18] comminiſcuntur [19], cum quid in judicio prompſerint [20], niſi ipſi adſtruxerint [21] veritatem, ut nefariæ [22] ſcripturæ reos [23], & quaſi falſarios eſſe detinendos. Dat. Prid. Id. Jan. *Tiberiade*, VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

De judiciis criminalibus.

25. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS, AAA. Floro P. P.

SCiant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit [24] idoneis [teſtibus, vel] inſtructa apertiſſimis documentis, vel indiciis [25] ad probationem indubitatis & late [26] clarioribus expedita.

TIT. XX.

DE TESTIBUS [27].

De ſcripta teſtatione, & nuda voce.

HAnc legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius lib. 13. obſervat. cap. 38. *quam Antonini eſſe exiſtimat: illius autem ea eſt ſententia: Ne teſtes recipiantur adverſus tabulas vel inſtrumenta, quæ etiam teſtium ſubſcriptionem habent: & eam expreſſit Harmenopulus his verbis*, lib. 1. tit. 6. ἀγεγραπτε μαρτυρία κατ' ἐγγράφε μαρτυρίας ἰσχύει ὁ δύναται.

1. * 28.

COntra ſcriptum teſtimonium non ſcriptum teſtimonium non fetuit [29].

De ingenuitate.

2. Imp. ALEXANDER A. Carpo.

SI tibi controverſia ingenuitatis fiat, defende cauſam [tuam inſtrumentis [30] & argumentis, quibus potes: Soli [31] enim teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt. PP. 10. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De teſtimonio domeſtico.

3. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Roſæ.

ETiam jure civili domeſtici [32] teſtimonii fides [33] improbatur [34], PP. 3. Kal. Septemb. VALERIANO III. & GALLIENO II. AA. CONSS. 256.

De teſtatione ſola.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS, AAA. Valerio.

SOla [35] teſtatione prolatam, nec aliis legitimis [36] adminiculis cau-

---

27 Paulus *5. ſententt.* 15. & 52. *ff. 5. Novell.* 90. & 21. *Ecl.* 1. Harm. 6. *§. quæſt.* 4. 5. 9. & 14. *quæſt.* 2. & 3. *Decret.* 20. & 2. *Sext.* 10. & 2. *Clem.* 8. vide Dideníorp. *in tract. de teſtib.* Rebuff. *tom. 3. tract. de teſtib.* 28 Latina interpretatio. 29 Sic diſtinxerunt veteres, ut ſcripturas ſuſpectas [18] comminiſcuntur [19], cum quid in judicio prompſerint [20], niſi ipſi adſtruxerint [21] veritatem, ut nefariæ [22] ſcripturæ reos [23], & quaſi falſarios eſſe detinendos. Dat. Prid. Id. Jan. *Tiberiade*, VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376. 30 Sic diſtinxerunt veteres, ut ſcripturas ſuſpectas [18] comminiſcuntur [19], cum quid in judicio prompſerint [20], niſi ipſi adſtruxerint [21] veritatem, ut nefariæ [22] ſcripturæ reos [23], & quaſi falſarios eſſe detinendos. Dat. Prid. Id. Jan. *Tiberiade*, VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376. 31 Ne dicas inſtrumentis & argumentis probari. *l. 6. J. de fide inſt. l. 16. de liberal. cauſ. l. 10. ff. tit. comm.* Porro videbatur dicendum, Teſtibus ingenuitatem probari non poſſe. Nam ingenui ætas, ut naſcitur, conſtirubi ſolet. *l. 2. ff. de exceſſ. tut. l. 3. ff. de cenſib.* Videri exinde alia ratio ſimi poteſt ex cauſa ſanguinis. *l. 3. §. 3. ff. h. t.* 32 Domeſtica teſtimonia vid. *l. 6. J. h. t.* uxor, ſervi & ſimiles perſonæ: de quibus vide quæ notavi ad *l. 24. ff. de teſtib.* mercenarius. *l. 11. §. 1. ff. de penis*: hoc addendum, domeſticum teſtimonium dicendi ſpectari, niſi is in quem agitur dans opera teſtem emerit: & ita ſervilis oníicoe adverſus tertium eo utterur. *l. 1. §. 12. ff. de quæſtionib.* vide Oldendorp. *in tract. de diſputats a Marſil. ſing. 5.* Tiraquel. *in tract. reſtrict. cauſ. primo, num. 101.* Gudofne Papæ *quæſtion. 41.* Diazio *Regul. 746.* Franc. Turz. *ad Regul. 75.* Bartolo *ad l. 34* Adverſus tertium fcil. & ubi teſtium *domino, vel patri* aliquid adquiritur. 1. Harmen. 6. *ἐν ὑπομνήματι μαρτύρων. l. 9. ff. de teſtib.* Quid ſi tertius ultro petierit domeſticus interrogari? Accurſius putat ſtare coperadas: diſtinguo melius: nam parentes, & liberi, etiam inviti non coguntur alii in alios teſtimonium ferre. *l. 4. §. 5. ff. h. t.* Servi certis caſibus cogantur. *l. 1. infr. de quæſt. l. 10. §. 4. ff. de quæſt. 21. Ecl. 1. c. 27. in fin. ſimiles num. 7.* Lego apud Paponem duos infantulos adverſus parentem ſuum inſtrumentis & adverſus tertium fervi interrogatos. *l. 1. ff. de SC Silanian.* Quid ſi de injuria alicui illata agatur, *domeſticis* eſſe fides adhibenda adverſus tertium? poteſt adhiberi, ſi modo ita *& ſimpliciter effectur ſolpicio.* 33 Solum, *vulgat.* Quæri poteſt, quid hic ſit *ſola* (ſi poteſt enim remitti jurramentum) *l. 6. J. h. t. l. 31. ff. de jurejur.* aut fine ſententia (id enim Bartolo factum. *l. 13. J. de fide inſtrumen.* hæc enim interpretatio frequentem ad titulum magis pertinere videtur.) Ne dicas ſolam teſtationem ſine publicarione, fidem non facere apud illum judicem (hoc enim non perpetuo verum eſt) aut ſine ratione teſtimonium non valere (nam ne hoc quoque perpetuum eſt. *c. ſicut. de re jud.* unde ex hoc loco notat Socin. *reg. 401. 402.* Teſtem teſtimonii ſui cauſam non reddentem recte teſtari: eiusque teſtimonium valere, ſimilibus illis exceptis, in quibus cauſam reddere tenetur) Loriotus putat, totum judiciale negotium a cauſis ad exceptiones usque ex ſolis teſtibus conſtare. *l. Publia.* 26. §. 2. *ff. depoſit.* ita ex ſolis teſtatione nasci non poſſe. *l. 2. ff. de dole ex cauſa.* Quare nihil agetur, ſi ſententia nullam aliam cauſam, quam teſtationem teſtium continebit, cum hoc præterea ſcire judex debeat, quo titulo reus debeat. 34 Teſtis teſtatio, ſola eſt & nuda, id eſt, qui ita teſtatur, non probat: qua de re vide Oldendorp. *in tract. de teſtib. num.* 4. Wernh. 1. *prælect. 1. obſerv.* 1. poteſt tamen interrogari denuo. Idem *obſ.* 2.

farri

ſam approbatam, nullius eſſe momenti, certum eſt. PP. 8. Kal. Dec. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De qualitate teſtium.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Candido.

EOs teſtes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ [1] & potentatui [2] fidem religioni judiciariæ debitam poſſint præponere. PP. 5. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De parentibus & liberis.

6. Iidem AA. & CC. Tertullo.

PArentes [3] & [4] liberi [5] invicem adverſus [6] ſe nec volentes [7] ad teſtimonium admittendi ſunt [8]. PP. 4. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De exhibitione.

7. Iidem AA. & CC. Diogeni & Ingenuæ.

NImis [9] grave eſt, quod petitis, urgeri partem diverſam ad exhibitionem [10] eorum [11], per quos ſibi [12] negotium fiat: unde intelligitis, quod intentionis [13] veſtræ proprias afferre debetis probationes, non adverſus ſe ab adverſariis adduci. Dat. 6. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De ſervo.

8. Iidem AA. & CC. Deruloni.

SErvos pro domino, quemadmodum [14] adverſus eum, interrogari non poſſe: pro facto autem ſuo [15] interrogari poſſe, non ambigitur. Datum Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De jurejurando, de qualitate teſtium. 1. De uno teſte.

9. Imp. CONSTANTINUS A. ad Julianum Præſidem.

JUrisjurandi [16] religione teſtes, prius [17] quam perhibeant teſtimonium, jamdudum arctari præcipimus: & ut honeſtioribus potius teſtibus fides adhibeatur. §. 1. Simili modo ſanximus, Ut unius [18] teſtimonium [19] nemo Judicum in quacumque [20] cauſa facile patiatur admitti. Et nunc manifeſte ſancimus, ut unius omnino teſtis reſponſio [21] non audiatur, etiamſi præclaræ [22] Curiæ honore præfulgeat. Dat. 8. Kalend. Septembr. *Naiſſo*, OPTATO & PAULINO CONSS. 334.

De re propria.

10. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENTIN. AAA. ad Gracchum P. Urbi.

OMnibus in re propria [23] dicendi teſtimonii [24] facultatem jura ſubmoverunt [25]. Dat. 5. Kalend. Decemb. VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

De ſtatu teſtium, ut ſocii vel participes criminis non ſint: de ſumptibus.

11. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P.

QUoniam liberi [26] teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocii & participes [27] criminis non dicantur, ſed fides ab his notitiæ [28] poſtuletur, in exhibitione [29] neceſſariarum [30] perſonarum, hoc eſt teſtium; talis debet eſſe cautio [31] judicantis, ut his venturis ad judicium per accuſatorem, vel ab his, per quos fuerunt poſtulati [32], ſumptus [33] competentes dari præcipiat. † Idem juris eſt, & ſi in pecuniaria cauſa teſtes ab alterutra parte producendi ſunt. Dat. 13. Kalend. Februar. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

De ſtatu teſtis.

In AUTHENT. de teſtib. §. ſi vero dicatur, col. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 6.

SI teſtis productus dicatur, ſervilis [34] eſſe fortunæ, & teſtari voluerit, ipſe vero ſe liberum eſſe affirmet, ſi quidem ex nativitate, impleatur teſtimonium ejus: ut, ſi is habita diſputatione ſervus eſſe apparuerit, reſpuatur ejus teſtimonium. Si vero libertinum ſe dixerit: prius inſtrumentum ſuæ manumiſſionis oſtendat, quam teſtificetur: niſi juraverit ſe alibi probationes habere: quo facto, teſtificatio quidem ſcribatur: ſed niſi inſtrumentum monſtraverit, reſpuatur teſtimonium ejus. Si vero dicatur odioſus ex lite criminis inter eos mota, & hoc apparuerit: non ante audiatur, quam de crimine judicetur. Si vero ex lite pecuniaria, vel aliter eſt odioſus, procedat quidem teſtatio, tempore [35] vero diſputationum ſerventur hujusmodi quæſtiones.

De libertis.

12. Iidem AA. Georgiæ.

LIbertorum adverſus [36] patronos illicitas atque improbas voces pœnæ objectione præcludimus: atque ita, ut non ſolummodo ſponte prodire non audeant, ſed ne vocati quidem in judicium venire cogantur. Dat. 4. Idus Auguſt. *Ravennæ*, MARINIANO, & ASCLEPIODOTO CONSS. 423.

De falſis teſtibus.

13. [37] Imp. ZENO.

QUi [38] falſa in teſtimonio protulerit, primum quidem de perjurio [39], deinde falſi crimine convenitur. Quod ſi eum in ipſo teſtimonii tempore mentiri ſuſpicio ſit, verberatur [40]. Quod ſi is, qui ex falſo teſtimonio damnatus eſt, civiliter [41] agere contra teſtem voluerit: quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac præterea falſus ille teſtis definitam legibus pœnam ſuſtinebit. Quod ſi etiam in ipſa lite principali convictus mendacii fuerit, officium judicis eſto, ut eum, vel in totam litem, quæ illi mota eſt, contra quem teſtimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam pœnis ſubjiciat: ſervatis omnibus, quæ jam ſtatuta ſunt de his, qui falſum teſtimonium perhibent.

14. Imp. ZENO A. Arcadio P. P.

NUllum [42] penitus, cum ſemel ad judicem quemlibet [43], licet non ſuum, dicendi gratia teſtimonium fuerit ingreſſus, armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad evadendum judicis motum [44] quem vel teſtimonii verborum improbitas [45], vel rei qualitas flagitaverit, poſſe prætendere præcipimus: ſed omnes qui in civili ſcilicet cauſa ſuum præbent teſtimonium, ſeparato, & tanquam [ante] judicium interim depoſito exceptionis fori [46] privilegio, hujusmodi præſidio denudatos, ita [ad] judicantis intrare ſecretum [47], ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent ſibimet formidandum: data cunctis judicibus abſque ullo præſcriptionis obſtaculo (ſicut ſæpe dictum eſt) [in teſtes], quorum voces falſitate, vel fraude non carere perſpexerint, pro qualitate, videlicet delicti, animadvertendi licentia. Dat. 12. Kal. Jun. DECIO & LONGINO CONSS. 486.

1. De cognatione & genere. 2. De fori præſcriptione.

15. Imp. ZENO.

HAnc [48] *legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius* libro decimotertio obſervationum capite trigeſimo octavo, *& illius argumentum his*

1 Suſpecti gratiæ teſtes non audiuntur. 5. Paul. *ſent.* 15. §. 1. Amicus, gratioſus teſtis. *l.* 3. *in princ. ff. h. t.* quibus probetur amicitia *dicam alibi,* adde & amici ſocios non admitti. 1. Harmen. *d. cap.* 1. §. 6. 2 Potentatus δυναστεία. 21. *Ecl.* 1. *cap.* 26. Potentatus, vis ſpecies. Eſtque mariti in uxorem (vide Oldendorp. *c.* 4. *de teſtib. n.* 3. ubi probat, uxorem pro marito teſtem eſſe non poſſe: quia ſunt una caro, & una domus, niſi in majeſtatis crimine. 1. Harmen. 6. *cap.* περὶ κεκωλυμένων &c.) patris in filium. *l.* 9. *ff. h. t.* domini in ſervum. *l.* 7. *ff. h. t.* patroni in libertum. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* civitatis in vaſallum, ſubditum, civem. qua de re vide Oldend. *c.* 4. *de teſtib. n.* 7. locupletioris in pauperem: judicis in provincialem, quidam enim potentatus eſt, imperium. *l.* 6. *ff. h. t.* In his tamen omnibus judex poteſt rationem perſonarum aut teſtium habere, ut pro earum qualitate perſuaderi ſibi patiatur, & ad fidem moveatur. 3 Parentum vocabulo aſcendentes, cum maſculos, tum fœminas intellige. *Ecl. d. l.* 4 *l.* 9. *ff. h. t.* 5. Paul. *ſent.* 15. §. 3. 21. *Ecl.* 1. *c.* 29. vide Oldendorp. 4. *de teſtib. n.* 1. *&* *c.* 66. *de except. n.* 12. 5 An laicus adverſus clericum teſtis eſſe poteſt? vide Socinum *regula* 409. 6 Secus adverſus alios. *l.* 17. *ff. h. t. l.* 11. *ff. ad leg. Corn. de falſis.* Imo liberi adverſus parentes a quibusdam auditi, ut dixi *l.* 3. *ꝸ. h. t.* 7 *Ecl. d. loco.* Renunciare igitur huic beneficio non poſſunt. Sunt & talia pleraque, quæ jure prohibita fieri vel geri non poſſunt, etiamſi maxime ea velimus ac permittamus. *l.* 7. *ff. de poſtulando. l. filiusfamilias.* 8. §. *veterani.* 2. *ff. de procurat.* 8 Niſi forte in rebus momenti levioris. Zaſius *l.* 4. *reſponſ. c.* 11. atque hoc in aſcendentibus & deſcendentibus verum eſt: ſed quid de fratre pro fratre: ſocero & ſocru pro genero & nuru; marito pro uxore; vel e contra? adi Baldum & Salycetum *hic.* Alciat. *regul.* 1. *præſumpt.* 23. *num.* 2. Thomam Grammaticum *conſ.* 12. *num.* 6. & *num.* 8. *& conſil.* 45. *num.* 3. 5. *&* 15. *cum ſequent.* Socin. *conſ.* 17. *lib.* 1. Duarenum *lib.* 1. *diſputat. capitul.* 28. Menochium *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 100. 101. 102. *&* 104. Mod. 9 *l.* 10. §. 4. *ff. de quæſtionib. l.* 4. *ꝸ. de edend.* 10 Ne dicas, ad eos alendos, *ut l.* 11. *ꝸ. h. t.* ſed ad producendos. unde Græci ſpeciem hujus legis ita exponunt, Neminem cogi teſtes in ſeipſum προαγαγεῖν. *Synopſ.* 21. *tit.* 1. *cap.* 27. *vel* παραγεῖν, id eſt, producere, 1. Harmen. 6. §. 57. & hujus legis alioqui finis hanc interpretationem admittit. 11 Teſtium ſcilicet. 12 Nemo adverſus ſe teſtes producere cogitur. *dict.* §. 4. Harmen. *dict. loco.* 13 Ὡς βούλεται. Græci illo loco. Actor arbitratu ſuo probationes ſuas inſtituere debet. 14 *d.* §. 4. Paul. 1. *ſent.* 12. §. 4. *&* 5. *ſent.* 16. §. 5. 15 In ſe ſcilicet. *l.* 15. *ꝸ. de quæſtion.* Paul. 2. *ſent.* 17. §. 13. *in fin. &* 5. *ſent.* 15. §. 1. *l.* 7. *ff. de probat.* 16 *l.* 19. *ꝸ. h. t.* Quid jurant? de veritate dicenda, non modo ſuper articulis datis, ſed & in iis omnibus quæ ad cauſam faciunt. vide Wurmſerum 1. *pract.* 18. *obſerv.* 9. alias eorum teſtimonium nullum. vid. Oldendorp. *c.* 5. *de teſtib. n.* 2. Juratur autem parte adverſa citata & præſente. vid. *l.* 18. *ꝸ. de fide inſtrum.* alias eorum teſtimonia carent fide. vid. Oldendorp. *ibid. n.* 3. Goth. Ad. de Marant. *de teſtib. product. n.* 2. Anſ. 17 Teſtis injuratus fidem non facit: vide tamen Socin. *reg.* 424. unde notant teſtium depoſitionem duobus conſtare, ipſo teſtimonio & juramento, quorum alterum ſine altero non valeat, *c. fraternitatis* 17. *extr. de teſtib. & atteſtat.* 18 Unus teſtis, nullus teſtis. Unius teſtimonium non admittitur. Vox unius vox nullius eſt. Harmen. 6. *dict. cap.* adde *l.* 20. *ff. de quæſtionib.* adde quæ dixi ad *l.* 14. *ff. de dote præleg. l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig. l.* 1. §. 4. *l.* 20. *ff. de quæſtionib.* adde Ægid. Boſſ. *in tract. oppoſit. contra teſtes, n.* 70. *& ſeq.* vid. Socin. *reg.* 423. 19 Circa hanc materiam vide Marſil. *ſing.* 214. Jaſon. *ad legem primam n.* 66. *ꝸ. de ſumma trinitate. ad l. nec is col.* 1. *de acquir. heredit. ad l. admonendi. n.* 105. *de jurejur. ad l.* 1. §. *ſi quis abſens. n.* 9. *ſi ex noxal. cauſ.* Hieron. Grat. *conſ.* 152. *n.* 5. *lib.* 2. Cravett. *conſ.* 178. *n.* 7. Cott. *in memor. in verſ. teſtis.* Alex. *conſ.* 72. *lib.* 1. Felin. *ad c. per tuas. de teſtib.* Mod. 20 Sic depoſitio unius teſtis confirmata etiam ſigillo, non admittitur Harmen. *dict. cap.* idem tamen ait, ſolum tabellionem ſufficere ad ferendum teſtimonium ſuper comparatione eorum inſtrumentorum, quæ proferuntur. *l.* 21. *in fin. ꝸ. ad leg. Corn. de falſis.* idem eſſe in nummulariorum rationibus, & in emphyteuſibus, ut unus teſtis illis caſibus ſufficiat. 21 Excipe *l.* 3. *ꝸ. de reb. credit.* ubi creditur juramento debitoris. Adde niſi teſtator ita voluerit. *l.* 14. *ff. de dote.* Item, ſi dubitatur de inſtrumento an ſit publicum, ſolus tabellio facit fidem. *l.* 21. *in fin. ꝸ. ad leg. Corn. de falſis. Novell.* 73. *cap.* 1. Statur etiam juramento creditoris ſuper reſiduo pretii pignoris venditi. *l. ult.* §. 5. *verſic. ſin autem. ꝸ. de jure dominii impetr.* in terminis fundo appoſitis ſtatur depoſitioni venditoris. *l.* 12. *ff. fin. regund.* Unus teſtis negans ſigillum ſuum inducit præſumptionem, & facit inſtrumentum dubium. *l.* 2. *in fin. ꝸ. quemadm. teſtam. aper.* Conſentire quoque poſſumus in nudum juramentum adverſarii. *l. ult. ꝸ. de fideicommiſſ. l. ult. ꝸ. de ſent. paſſ.* militi ab hoſtibus reverſo creditur ſuffragantibus vitæ prioris meritis. *l.* 5. §. 6. *ff. de re milit.* Creditur etiam uni extra judicium, ſeu tanquam ſocio, ubi nullius agitur præjudicium. 22. *quæſt.* 4. *can. Innocens.* 23. Uni etiam creditur cum fama. Spec. *tit. de teſte* §. 11. *verſ.* 11. 22 Etiam ſi ſit ſenator. Harm. *d. loco. Synopſ. Baſil.* 21. *tit.* 1. *cap.* 30. More majorum hoc comparatum ſcribit Cicero *pro Roſcio Amerino.* 23 *l.* 10. *ff. h. t.* 1. Harm. 6. *d. cap.* adde Oldendorp. *cap.* 6. *de except. n.* 22. 23. *&* 4. *de teſt. n.* 20. 24 Adde & ferendæ ſententiæ. *ꝸ. ne quis in ſua cauſa.* 25 Tam dicendi teſtimonii, quam ferendæ ſententiæ; ſed quid hic dicendum de procuratore & judice? quid de advocato, uxore, marito &c. adi Marſil. *ſing.* 516. Guid. Papæ *quæſt.* 46. Gandin. *in tract. mal. in Rub. de teſtibus, & qui repelluntur a teſtimonio.* iterum Hippol. de Marſil. *in pract.* §. *ſua n.* 10. §. *principaliter.* Capel. Toloſ. *deciſ.* 3. Mod. 26 Id eſt, ingenui. 11. *C. To.* 14. *l.* 7. Servus teſtis eſſe non poteſt, δοῦλος οὐ μαρτυρεῖ. 1. Harm. 6. *d. cap. l.* 20. §. 7. *ff. qui teſtam.* 27 Vide quæ notavi ad *l.* 16. *in fin. ff. de quæſtion.* adde *l. ult. infr. de accuſat.* 28 Teſtis deponere non debet niſi de eo, quod ſibi notum eſt. 29 Id eſt, alimentis; exhibere enim interdum ſignificat alere. adde *l.* 7. *ꝸ. h. t.* 30 Hic non agitur de cognatorum, aut adfinium depoſitione, ut apud Paul. 5. *ſent.* 15. §. 2. Oldend. *cap.* 4. *de teſtib. num.* 2. *& alibi cap.* 66. *de except. n.* 3. Sed id tantum innuitur, Teſtes cenſeri neceſſarios, ut ſæpius in quavis lite. 31 Id eſt, conſideratio. 32 Teſtes debent produci & rogari: alias, dictum eorum nullius eſt momenti: adde Wurmſ. 1. *pract.* 18. *obſ.* 13. 33 Impendia: *l.* 3. §. 4. *ff. de hic. l.* 6. §. 2. *ꝸ. de appell. l.* 11. §. 1. *ff. ad exhib.* 21. *Eclog.* 1. *c.* 3. *in fin.* 1. Harm. 6. *dict. cap.* An operarum amiſſarum a teſte habenda ſit ratio, ſumptus ut eo nomine ei adjudicentur aliquid, vide apud Gail. 1. *obſ.* 99. 34 Vide Socin. *reg.* 129. 35 Id eſt, dicto teſtimonio conſiderabit apud ſe judex, an fides adhibenda ſit teſtationi. 36 Libertus in patronum nec volens, nec invitus teſtimonium dicit. *l.* 4. *in fin. ff. h. t. Synopſis dict. loc. capit.* 33. 1. Harmenopulus 6. *dict. capit.* 9. *Cod. Theod.* 6. *l.* 4. Paul. 5. *ſentent.* 15. §. 3. *in fin.* 37 Hæc lex ſumpta eſt ex *lib.* 3. *Synopſ.* 1. *ex lib.* 21. *tit.* 1. *cap.* 34. *fol.* 304. reſtituta eſt etiam a Cujac. 13. *obſ.* 38. 38 Interpretatio Leunclavii. 39 Non enim audiuntur, niſi jurati. *l.* 9. *ꝸ. h. t.* De aliis pœnis teſtis perjuri, vide omnino Wurmſer. 1. *pract.* 18. *obſerv.* 17. 40 Βασάνοις ὑπόκειται, id eſt, tormentis ſubjicitur, nec enim audiuntur hujusmodi perſonæ ſine tormentis, ſi ſuſpectæ fidei ſint. *l.* 21. §. 2. *ff. h. t. & Nov.* 90. *cap.* 1. §. 1. 41 Poteſt etiam criminaliter agere. *l.* 5. §. 9. 11. 16. 17. *penult. & ult. ꝸ. ad leg. Corn. de falſis. l.* 1. *ꝸ. quando civilis actio criminal. præjud.* 42 *l.* 21. *ꝸ. ad leg. Corn. de falſis.* 43 De materia hac & quæ ad eam adjungi ſolent, vide Afflictum *deciſ.* 230. Didacum *lib. pract. quæſt. c.* 18. *n.* 8. Jocob. Menochium *de arbitr. jud. l.* 1. *quæſt.* 91. Benedict. Capram *in reg. concluſ.* 74. Joan. Aurpachum *l.* 1. *ſing. allegat. c.* 29. Socin. *conſ.* 230. Petr. de Anchor. *in c. ea quidem. de reg. jur. in* 6. Feder. de Senis *conſ.* 88. Joan. And. *ad c. utrum.* 7. *extr. de for. compet.* Angel. *ad l. ſi vacantia. ꝸ. de bon. vacant.* Rom. *ad l.* 2. *ff. de juriſdict. omn. jud.* Socin. *reg.* 520. Mod. 44 Id eſt, indignationem. *l.* 20. *ff. comm. divid.* 45 Id eſt, vacillatio. *l.* 2. *in fin. l.* 16. *ff. h. t. & l.* Harm. 6. *dict. cap. in fin.* ut ſi dicat ſe neſcire, mox ſcire. *Bald.* Quid ſi dubitet? poteſt tempus & ſpatium deliberandi ac reſpondendi a judice petere: qua de re vide Wurmſerum 1. *pract.* 18. *obſ.* 3. 46 Falſus teſtis non juvatur fori præſcriptione. 47 Teſtis nunquam interrogandus præſentibus partibus. 48 Aliam interpretationem Contii vide *in nova editione Pariſienſi.*

fere

fere verbis explicat: xv. Græca, quæ dat in primis pedaneis judicibus teſtes falſos corrigendi, & tormentis ſubjiciendi, ſi plebeii ſint, jus poteſtatemque, adhibito Præfecto vigilum. Quod ſi teſtes decuriones ſint, vel in aliqua dignitate poſiti, ut non poſſit in eos judex pedaneus animadvertere, debet rem omnem ad magiſtratum, a quo datus eſt, referre, ita ut pro inſinuatione relationis nihil inferatur, & ſi res aperta ſit, ſententiam a magiſtratu ferri de teſtium fide ſuſcipienda vel rejicienda oporteat: ſin autem majori indagatione indigere videatur, rurſus ejus rei cognitionem judici delegari, non obſtante ulla præſcriptione fori, ullove privilegio. Nam cum ultro teſtimonium dixerint, ſuo privilegio teſtes renunciaſſe videntur. §. 1. Qui falſo negavit adverſarium ſuum eſſe cognatum, exegitque ab eo probationes generis aut gentis, quam is ſe habere dicebat: non habeat jus vindicandorum bonorum inteſtati, (ejus ſcilicet quem ſuum eſſe cognatum negavit, cum inteſtatus deceſſerit.) Sed non audiatur qui ab adverſario probationes generis exigit, niſi prius ipſe juret de calumnia, & jurato conſervetur jus legitimæ ſucceſſionis. Requiruntur [1] vero ad generis probationem teſtes quinque, ſi deſint inſtrumenta, vel tres, ſi illis inſtrumenta ſuffragentur. Quod ſi hujusmodi ſint inſtrumenta, quæ omnium probationum vice eſſe poſſint, illa etiam ſine teſtibus ſufficiunt. † Ultimum [2] autem hujus conſtitutionis caput illud eſt, ut qui inſtrumento teſtis adfuit, & qui depoſuit tanquam teſtis, quæ ſciebat, poſt lite mota, non poſſit defugere teſtimonium, & uti præſcriptione fori.

De teſtibus cogendis teſtimonium perhibere vel non. 1. De ſumptibus.

16. [3] Imp. JUSTINIANUS.

COnſtitutio [4] jubet non ſolum in criminalibus judiciis, ſed etiam in pecuniariis [5] unumquemque [6] cogi teſtimonium perhibere de his, quæ novit [7], cum ſacramenti præſtatione, vel jurare, *ſe nihil compertum habere* (exceptis [8] tamen perſonis quæ legibus [9] prohibentur ad teſtimonium cogi, & etiam illuſtribus, & his qui ſupra illuſtres ſunt, niſi ſacra forma interveniat) & ſi quidem in Regia urbe teſtes habitent, cogit eos propria [10] voce teſtimonium ferre: ſi vero non adfuerint, mitti ad eos jubet procuratores partium, ut apud eos deponant, quæ [11] noverint, vel dejerent, quæ ignorant. Eodem proculdubio obſervando, & in teſtimonio quod in geſtis fit, nempe ut eædem perſonæ ab ejus neceſſitate excipiantur. §. 1. Omnibus autem teſtibus ſine damno & impendio [12] ſuo vult factas de his interlocutiones [13] & productiones procedere.

Si adverſus eum qui teſtibus uſus fuerit, iidem teſtes in alia lite producantur.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis teſtibus uſus [14] fuerit, iidemque teſtes adverſus eum in alia lite producantur: non [15] licebit ei perſonas eorum excipere [16]: niſi oſtenderit [17], inimicitias [18] inter ſe & illos poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli [19] leges præcipiunt: non adimenda ſcilicet ei licentia, ex [20] ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. † Sed & ſi liquidis probationibus datione [21] vel promiſſione [22] pecuniarum [23] eos corruptos eſſe oſtenderit, etiam eam allegationem integram ei ſervari præcipimus. Dat. 7. Kal. Jun. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De ſolutione.

18. Idem A. Mennæ P. P.

TEſtium facilitatem [24], per quos multa veritati contraria perpetrantur, prout poſſibile eſt, reſecantes: omnibus prædicimus, [ut] qui [25] in ſcriptis a ſe debita retulerint, non [26] facile audiantur, ſi dicant, *Omnis debiti vel partis ſolutionem ſine ſcriptis ſe feciſſe*, velintque viles & forſitan redemptos [27] teſtes ſuper hujusmodi ſolutione producere: niſi quinque [28] teſtes idonei, & ſummæ atque integræ opinionis præſto fuerint ſolutioni celebratæ, hique cum ſacramenti [29] religione depoſuerint ſub [30] præſentia ſua debitum eſſe ſolutum: ut ſcientes omnes ita ea ſtatuta eſſe, non aliter debitum, vel partem ejus perſolvant, niſi vel ſecuritatem in ſcriptis capiant vel obſervaverint præfatam teſtium probationem: His ſcilicet qui jam [31] ſine ſcriptis debitum vel partem ejus ſolverint, [a] præſenti ſanctione merito excipiendis. † Sin vero facta quidem [per ſcripturam] ſecuritas ſit, fortuito autem caſu vel incendii vel naufragii, vel alterius infortunii perempta [32], tunc liceat his qui hoc perpeſſi ſunt, cauſam peremptionis probantibus, etiam [debiti] ſolutionem per teſtem [33] probare, damnumque ex amiſſione inſtrumenti effugere. Dat. Kal. Jun. D. N. JUSTIN. A. II. CONS. 528.

Ut teſtes rogati adhibeantur.

In AUTHENT. de teſtibus. §. & licet. collat. 7. tit. 2. Novell. 90. c. 2.

ROgati [34], ut in teſtamentis, non fortuiti vel tranſeuntes [35] veniant [36]. † Idem eſt, ſi poſt ſolutionem rogati interſint confeſſioni creditoris, dicentis pecuniam ſibi debitam ſolutam fuiſſe.

De teſtibus cogendis teſtimonium perhibere, & intra quindecim dies interrogandis.

19. Idem A. Juliano P. P.

SI quando invitos [37] teſtes in pecuniariis cauſis ex noſtra [38] lege aliquis trahere maluerit, ſi quidem ſua ſponte fidejuſſionem ſuæ perſonæ ſine damno præſtare velint, hoc fieri: ſin autem noluerint, non [39] carcerali cuſtodia detrudi, ſed ſacramento eos committi cenſemus [40]. Si enim pro toto litis certamine jurijurando teſtium credendum eſſe putaverint hi, qui eos produxerint: multo magis præſentiam ſuam teſtibus ſacramento eorum credere debent. † Sed cum minime oporteat teſtes in hujusmodi caſibus protelari, & pro alienis commodis ſuas invenire difficultates: diſponimus, non amplius teſtes obſervare compelli judices, poſtquam fuerint admoniti, niſi tantum quindecim [41] dies: intra quos judices provideant, quatenus cognitionem ſuſcipiant, in qua teſtes neceſſarii viſi fuerint: ut omnino licentia eis concedatur, & alterutra parte [42] ceſſante, & minime eos obſervare volente, ſi per executores admoniti [43] venire noluerint, teſtes accipere, & alterutra parte præſente [44] quæ eos introducit, teſtimonia eorum capere. † His autem diebus effluentibus, liceat quidem teſtibus diſcedere [a] judice nullam habente licentiam eos, poſtquam abfuerint, iterum retrahere. † Ipſum autem judicem, ſi per eum ſteterit, quominus teſtimonium præſtetur, parti læſæ omnem [45] jacturam pro hujusmodi cauſa illatam ex ſuis facultatibus reſarcire [diſponimus]. Dat. 12. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

An teſtium productio fieri debeat præſente adverſario.

In AUTHENT. de teſtibus. §. & hoc vero quia multoties. col. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 9.

SEd & ſi quis ab aliquo aliquid patiatur contra leges, aut aliter læſus, aut damnum patiens, & teſtes apud judicem producere [46] voluerit, & eorum teſtimonia publicare [47]: adverſarius moneatur a judice, & ſic eo præſente judex atteſtationes recipiat. Quod ſi venire noluerit, etiam eo abſente atteſtationes recipiat: & perinde valebunt, ac ſi eo præſente receptæ fuiſſent: nec opponere poterit, quod ex una parte datæ ſunt.

De teſtibus apud compromiſſarios judices productis.

20. Idem A. Juliano P. P.

CUm apud compromiſſarios judices teſtes fuiſſent producti [48], variatum erat, utrum deberet eorum depoſitionibus in judicio litigator uti, an non eſſet audiendus? Sancimus igitur, ſiquidem in compromiſſis aliquid pro [49] hujusmodi cauſa ſtatutum [50] eſt, hoc obſervari. † Sin autem nihil conventum eſt in hujusmodi caſibus: ſiquidem ſuperſint teſtes [51], licentiam habere eum contra quem depoſitiones eorum proferuntur, ſi eas recuſaverit [52], concedere [53] teſtes iterum adduci, & non [54] opponi eis quod jam teſtimonium ſuum dederint: Vel ſi hoc concedere minime maluerit, depoſitiones eorum quaſi factas accipere: omni jure legitimo quod ei competit adverſus eas ſervato. † Sin autem ab hac luce omnes ſubtracti [55] ſint, tunc neceſſita-

1 Probari genus ubi nulla ſunt inſtrumenta, quinque teſtibus poteſt: ubi adſunt inſtrumenta privata, tres teſtes ſufficiunt; ubi inſtrumentum publicum, nulli requiruntur teſtes. *Syn. Baſil.* 21. *tit.* 1. *c.* 36. 2 Teſtis inſtrumentarius cogitur de inſtrumento, quoties rogatus eo nomine fuerit, teſtimonium dicere. *Synopſ. h. t.* 3 Hanc legem Cujacius reſtituit 13. *obſ.* 38. ejusdem facit mentionem 8. *obſ.* 13. extat autem apud autorem *Synopſ.* 21. *tit.* 1. *c.* 37. 4 Interpretatio Contii. 5 Adde *Novell.* 90. *cap.* 8. 6 Id fallit in perſonis legibus exceptis. 7 Id eſt, quæ percepit ſenſu aliquo. Eſtne teſtis audiendus deponens de actu mentali, ſeu præſumpto, puta de voluntate alicujus? audiri poteſt, hujusmodi tamen teſtimonium minus firmum eſt. vide Wurmſ. 1. *pract.* 18. *obſ.* 1. Auditurne teſtis de credulitate deponens? auditur, dummodo credulitas ſit conjuncta ſenſui, & munita ratione. v. Wurmſer. *dict. loco, obſerv.* 16. & Socin. *reg.* 429. Ea noſſe quis non dicitur, quæ duntaxat per tranſennam ac iter faciens audivit. vid. 1. Harmenop. *dict. cap.* 8 Teſtimonium inviti dicere qui non coguntur. 9 *l.* 9. *ſupr. h. t.* vid. *l.* 4. *ff. h. t.* 10 Quid in ſcriptis non deponent? poſſunt deponere. *ꝸ. h. t. ibi, deponant:* niſi præciſe judex uti eorum præſentia velit, quæ ad veritatem explorandam potiſſimum requiritur. *l.* 3. §. 1. 2. 3. *ff. h. t.* 11 Dixi *ꝸ. h. t.* 12 Ἀζημίους εἶναι. dixi ad *l.* 11. *in fin. ꝸ. h. t.* 13 Διαλαλίας καὶ τὰς παραγωγάς. *Synopſ. dict. loco.* 14 3. *quæſt.* 3. *c. ſi quis teſtibus.* 15 Recuſare teſtes non poſſum, quibus antea uſus ſum: quorum fidem iis utendo ſemel probavi: hinc etiam colligunt, non recte recuſari ut judicem, quem quis ſemel ut teſtem & advocatum probaverit. adde *l.* 20. *in fin. ff. de opt. legat.* vide exemplum elegans apud Ciceron. *pro Roſcio Comœdo in fin.* 16 Subaudi, ὡς εὐτελεῖς ἤ τι τοιοῦτον, id eſt, quod viles, aut quid tale. *Syn. Baſil. ibid. cap.* 28. 1. Harm. 6. §. 35. adde *Nov.* 90. 17 Alias non præſumitur inimicitia, niſi probetur. 18 Ob inimicitias ſupervenientes teſtes poſſumus excipere. *ut hic: & l.* 3. *ff. h. t.* ſed & procuratorem. *l.* 21. *ff. de procur.* & tutorem. *l.* 6. §. 17. *ff. de excuſat.* judicem. *l.* 13. §. 8. *in princ. l.* 16. *C. de judic.* arbitrum. *l.* 32. §. 14. *ff. de recept. qui arbitr.* accuſatorem. *c. repellantur.* 7. *de accuſat.* adde Clar. 5. *ſent.* §. *ult. q.* 14. *verſ. ulterius dixi.* 19 Inimicum lex repellit a teſtimonio, *ut hic.* inimicum, inquam, non levem, ſed capitalem. vid. *l.* 3. *ff. h. t.* Quid ſi teſtis inimicitia ab eo ipſo, in quem teſtis producitur, orta eſt? Bartolus putat eo caſu teſtem admitti poſſe. *l.* 1. §. *cum quis.* 26. *ff. de quæſtionib.* adde Wurmſer. 1. *pract.* 18. *obſ.* 12. 20 Teſtis ex ſua depoſitione poteſt argui, ut ſi ſit varius, contrarius, perjurus, vacillans, repugnantia deponens, ſingularis, non juratus, ſi in facto proprio teſtetur: ſi nullam teſtimonii rationem reddit, ſi publicatis teſtimoniis receptus. vid. Ferrarienſem *formula oppoſita contra teſtes* 10. 21 Satis eſt ad elevandam teſtis fidem, ſi probetur ei data vel promiſſa pecunia. adde *l.* 2. *ff. de concuſſione* 1. *quæſt.* 1. *c. concuſſionis.* 128. *l.* 1. §. 2. *ff. ad leg. Corn. de falſis.* addunt nonnulli preces eo ſenſu, corruptos teſtes pecunia, vel precibus, vel promiſſione fidem amittere, etiamſi ſuis in teſtimoniis non mentiantur. vid. Oldend. *c.* 66. *except. n.* 26. Galli concepta formula ita recuſant teſtem quaſi corruptum *par dons, promeſſes ou argent.* idem dicendum de teſtibus inſtructis ab ipſo litigatore, procuratore, aut ejus advocato. Oldendorp. *c.* 4. *de teſtib. n.* 18. adde Hartm. 2. *pract.* 15. *obſ.* 16. ubi tamen ſcribit, teſtibus pecuniam impune dari poſſe, verum ut fateantur: cuique enim permitti parare ſibi probationes, quod non probo. vid. *l.* 2. *in fin. ff. de cond. ob turpem cauſam.* 22 *l.* 1. §. 1. *ff. ad leg. Corn. de falſis.* 23 Pecuniæ vocabulum late patet. vid. *l.* 2. §. 1. *ꝸ. de pecun. conſtit.* 24 Faciles ad teſtimonium ferendum, facile mentiuntur, videntur enim operas ſuas ultro ingerere, atque ita ſuſpecti. *l.* 25. *ff. de procurat. l.* 21. *in fin. ff. de tut. vel curat. datis.* 25 Teſtibus quinque idoneis & juratis probare ſolutionem chirographi ſolidam, ejusve partem poſſumus. Alias ſcripto obligatus de ſcripto ſolutionem a ſe factam, probare non cogitur. Præſentes autem teſtes eſſe debent τῇ καταβολῇ ἢ τῇ καταθέσει eo tempore quo ſolutio creditori facta eſt: aut quo ipſe creditor confeſſus fuit ſibi ſatisfactum. Quid ſi debitori facta fuit ἀπόδειξις ἔγγραφος: hoc eſt: per ſcripturam liberatio aut recepti confeſſio, eaque ſcriptura caſu fortuito velut incendio perierit? Debitor ſolutionis a ſe factæ ἀσφάλειαν, id eſt, quitantiam ſcriptam ſibi periiſſe caſu fortuito probare poterit. *Synopſ. Baſil. ibid. c.* 39. adde 1. Harm. 6. §. 3. *Goth.* Vid. ad hanc legem Marant. *part.* 6. *de repulſ. teſtium. num.* 10. & Joann. a Sande *deciſ. Friſicar. l.* 1. *tit.* 10. *defin.* 1. Anſ. Adde Cujac. *l.* 8. *obſ.* 38. S. L. Conſ. Bald. *in l.* 1. *ff. de ventre inſp.* Socin. *reg.* 521. Franc. de Aret. *conſ.* 37. *& conſ.* 45. Alex. *conſil.* 24. *&* 97. 2. *vol.* Bart. *ad l.* 2. §. *Labeo. D. de aq. plu. arc.* Canoniſtas pleniſſime *in c. quoties. de teſtibus.* Mod. 26 *Nov.* 90. *c.* 2. Cautionis ſcriptæ diſſolutio per apocham probanda eſt. 27 Redempti teſtes: de quibus vid. *l.* 17. *ꝸ. h. t.* 28 Dixi ad *l.* 1. *ſupr. h. t.* adde, quinque teſtes habere vim ſcripturæ. Hac lege permotus Senatus Spirenſis cenſuit, Quinque teſtibus rem quamlibet probari poſſe, quantumvis ſtatutum prohibeat, probationes niſi ſcriptæ ſint admitti. vid. Mynſing. 1. *obſ.* 5. adde Cujac. 13. *obſ.* 38. 29 1. Harmen. 6. *in fin.* 30 Ita ut ſenſu perceperint. *l.* 20. §. *pen. ff. qui teſtam.* teſtes tenentur deponere de ſua præſentia in actu. *Bald.* 31 *l.* 7. *ſupr. de leg. & conſtit.* 32 Apocha deperdita, fortuito vel caſu, duobus teſtibus probare poſſumus ſolutam creditori fuiſſe pecuniam. 33 Duos *l. ubi.* 12. *ff. h. t.* 34 Teſtis an præſumatur rogatus vid. Mantic. 2. *de conject.* 21. 52. 35 Vana aut per tranſennam, ἐκ τοῦ παρῆκοντος ſumpta teſtimonia non valent, vid. 2. Harm. 6. §. 37. *Nov.* 90. *c.* 2. 36 Subaudi, quoties debitor ſcripto obligatus ſatisfacit creditori. 37 Invitus quis cogitur etiam in pecuniaria cauſa teſtimonium dicere. 38 *l.* 16. *ſupr. h. t.* 39 Teſtis in cuſtodiam non conjicitur: ſed ei juramentum de exhibendo ſe in judicio defertur. 40 De hac lege, quam ſingularem dicunt, vid. Lanfranc. *ad c. quoniam contra. in verb. teſtium. in* 6. *quæſt. de probat.* Raphael. Fulgoſ. *in l.* 1. *ꝸ. quomodo & quando jud.* Socin. *reg.* 523. Hippolyt. *ſing.* 24. Thom. Fer. *caut.* 12. Angel. *conſ.* 267. Mod. 41 Teſtes quindecim duntaxat dierum ſpatio judicio, ubi cauſæ civiles ſunt, aſſiſtere coguntur. 1. Harmen. 5. §. 34. de quindecim dierum præſcriptione, vid. Cujacium *c.* 8. *de tempor.* 42 *Novell.* 90. *c.* 9. 43 Citanda pars eſt, quoties teſtium depoſitiones recipiuntur. vid. Socin. *reg.* 406. 44 Teſtium productio non fit μονομερῶς, niſi altera pars abſit, *d. c.* 9. pars præſens teſtes interrogari petere poteſt, non tamen præſens eſt interrogationi: cum in ſecreto fieri debeat interrogatio. *l.* 14. *ſupr. h. t.* 45 Judex negligens parti ad omnem jacturam actionis tenetur, nam ex quaſi maleficio litem ſuam facit. *pr. Inſt. de obl. ex quaſi delict. l. ult. ff. de extr. cognit.* 46 Quando producendi teſtes, vide Oldendorp. *c.* 3. *de teſtib.* 47 Publicatio teſtium quomodo fiat. 48 Teſtes examinati & publicati coram arbitris non faciunt fidem in quacunque inſtantia, quia debent iterum per judicem examinari; Lanfrancus *in tract. de arbitr. quæſt.* 33. Socinus *reg.* 8. Menoch. *de arbitr. jud. l.* 2. *cent.* 2. *c.* 109. *n.* 9. Mod. 49 Id eſt, ut ſtetur teſtium depoſitioni compromiſſariæ etiam in ipſo judicio. 50 Conventiones compromiſſariæ ſervandæ. 51 *Sub.* omnes. 52 Nemo tenetur ſtare depoſitioni teſtium factæ coram arbitro, niſi ſint mortui. *ꝸ. h. t. ibi: ab hac luce ſubtracti:* adde *l.* 5. *in fin. ꝸ. de recept. arbitr.* 53 Id eſt, petere. 54 Teſtium igitur depoſitio facta in compromiſſo invito eo, qui teſtimonio oneratur, fidem in judicio non facit, niſi conventum ita fuerit expreſſe, ut etiam in judicio fidem faceret: item niſi omnes mortui ſint. Quid ſi qui mortui ſint, alii non mortui? adverſus ſuperſtitum perſonas & teſtimonia excipi poterit: adverſus autem mortuorum perſonas non poterit: ſed adverſus eorum teſtimonia tantum. 55 Dixi *ſupr. h. t.*